

quorum nunc nomina non occurrunt. Vale Affinis cha-  
rissime cum animum dimidio tuae, sorore dilectissima.  
Arnhemis quo ante Biduum ab exercitu jam dimisso  
migravimus. . . Nov. 1635.

Vossio.

Amplissime ac doctissime Domine

(230)

Si vel extra anni Solique vias sim, vix absentiam  
quae sit Reipublicae causa damnosam mihi esse oportet.  
Nunc autem et superstitem satis et presentem  
habet, ut promissi fidem ipsa voce vel manu exigam.  
Rogo igitur, quid Arte Grammatica feceris; ut prolum  
toto anno exercueris: quam prope origines a fine sint;  
quam prope visura lucem immensa scriptorum moles  
quam orbi scilicet et aeternitati debes, ante quam hanc  
adeas? Si ex convivio literato, cui ante menses multos  
una interfuimus, non nimium mei satius decessisti,  
ama memorem compotorem, et rescribe, Vir amice

Tui amantissimo.

C. H.

Dignissimo Collegae, cujus nuper gravem  
familiae casum miserati, mox dissertas  
lachrymas mirati sumus, salutem  
integerrimo affectu, dici cupio.

(231)

Heinsio.

Paradoxon Chrysostomi dogma Viri Nobilissime, inter  
procula noster ille Romulida satur citavit, inveni circa  
finem Homil: 3. in alteram ad Thimotheum, ser-  
mone duro, quem, penè dixerim, quis sanus ferat! ejus  
initium est κῆ μάλ' ἄλλοι ἐγὼ μοι Χὼν ἔρε sed hoc paulo  
superius observo. ἀλλ' εἰ δὲ κῆ δαυμασὸν εἰπεῖν  
ut quasi in hyperbole spatium videatur. quid sponsoni  
validius reponi possit, tu videris, cujus ego authorita-  
tem multis patrum non posthabeo. qui haec verba  
Latine descripsit Tiraguellus. L. Conaubiali prima, mag-  
no se numero Jurisconsultorum stipat, qui, uno  
excepto, eadem in sententia steterint. Sed in Theo-  
logo magis hoc mirandum. Posterorum larga  
ὀνειδύσις et majoris anomaliae capax. Adde  
hic